ad Supplicij locum vos remanete, quid me sequi vultis ad
fata? agnosco v̄ram pietatem ò filij, pro feliciori
digni manete, quid me et p̄rem et D̄n̄m vocatis? la-
cerat ò nati lacerat hoc nomen animum n̄r̄um: Deus
verò vester hic ē Imperator cadite Supplices ad il-
lius genua, amplectimini illius dextram, quid timetis
ne hoc Principes deceat? fortunæ hoc qualecunque
crimen erit cogitate vos Principes fuisse n̄ ēē quan-
quam n̄ abstulit fortuna iniquitas Regium ani-
mum, quia Regnum abstulit, sed tandem vota, et
amplexus expediendi st, audio imperantes lictorum
voces, parendū ē eatque ad vltimæ tragediæ thea-
trum, o cœca et ignara mortalium mens! quis vnquā
hæc credidisset. Sic ille Sedecias qui pulcherri-
mo Regno imperauit, ille vnquam Sedecias carnifi-
ci iubenti obtemperat? Valeant diuitiæ valeant
sceptra et imperia et vos valete deliciæ quondā
meæ, ò dulces filij hæc omnia vna dies mihi aufert.
hoc tamen lætus morior quod illā viam ingredior
quam omnes Principes iuere communis ē hic fortu-
næ lusus personas mutari potentioribus: frendat et
rumpatur fortuna miserum me fecit timidū n̄ faciet
hoc vultu illius iniurias ferā, quo triumphator gratu-
lantium applausus sedia ad vltimū huius tragediæ
actum peragendum eamque. Dixi.